ritus tuus bonus deducet me in terrā rectaz: pro-
pter nomen tuum domine viuiscabis me in equi-
tate tua. **E**duces de tribulatione animaz meaz:
t in misericordia tua disperdes omnes inimicos
meos. **A**t perdes omnes qui tribulant animam
meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Bis

KK iii

Dú portatur

N

On in tres in iu di ci

um cū seruo tuo domi ne quia nō

instifi ca bitur in ȝspectu tuo omnis viues.

Alña. Omnis spiri tus. Seculorum. ps.

Laudate dominū de celis: laudate eum in excelsis. **L**audate eū omnes angeli eius: laudate eū omnes virtutes eius. **L**audate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle et lumen. **L**audate eum celi celorum: et aque omnes que sup ce

Ad tumulū. **30.** **ccir.**

los sunt laudent nomen domini. **Q**uia ipse dixit
et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. **S**tatuic
ea in eternuꝝ et in seculum seculi: preceptuꝝ posuit
et non preteribit. **L**audate dominuꝝ de terra; dra
cones et omnes abyssi. **I**gnis grādo nix glacies
spiritus procellarūꝝ; que faciunt verbū eius. **M**ō
tes et omnes colles ligna fructifera et omnes cedri
Bestie et vniuersa pecora: serpentes et volucres
pennate. **B**eges terret omnes populi: p̄cipes
et omnes iudices terre. **I**uuenes et ḥgines senes
cum iunioribus laudent nomen domini: q̄ exal-
tatum est nomen eius solius. **C**onfessio eius su-
per celum et terram: et exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius: filiis israel popu-
lo appropinquanti sibi.

psalmus.

Quantate domino canticūꝝ nouum: laus eiꝝ in
ecclesia sanctorum. **L**etetur israel in eo qui
fecit euꝝ: et filie syon exultent in rege suo. **L**audet
nomē eius in choro: in tympano et psalterio psal-
lant ei. **Q**uia beneplacitum est domino in popu-
lo suo: et exaltabit mansuetos in salutem. **E**xulta
būt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.
Exultationes dei in gutture eoruꝝ: et gladī anci-
pitēs in manib⁹ eorūꝝ. **A**d faciēdam vindictā in
nationibus: i crepationes i pplis. **A**d alligādos
reges eorūꝝ in cōpedibus: et nobiles eorūꝝ i manicis

KK iiiij

Du portatur

ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum:
gloria hec est omnibus sanctis eius. **Psalmus**

Audate dominū in sanctis eius: laudate euz
in firmamento virtutis eius. **L**audate eum
in virtutibus eius: laudate eū secundū multitudi-
nem magnitudinis eius. **L**audate eū in sono tu-
be: laudate euz in psalterio et cythara. **L**audate
eum in tympano et choro: laudate eū i cordis et or-
gano. **L**audate eū in cymbalis bene sonatibus:
laudate eū cymbalis iubilationis: omnis spiritus
laudet dominū. **E**quiem eternam dona eis do-
mine: et lux perpetua luceat eis. **Antiphona**



Omnis spiri tus lau det dominū.

**Ad be-
nedict'**
Bea.



Ego sum resurrectio. Seculoruz.
Zanticum zcharie.

Benedictus dominus deus israel: quia visita-
vit et fecit redēptionem plebis sue. **E**t erexit
cornu salutis nobis: in domo dāuid puerisui. **S**i

Ad tumulū. **Fo.** ccirj.

qui locutus est p̄ os sanctorū: qui a seculo sūt pro
phetarū eius. **S**alutē ex inimicis nostris: et de ma
nu omniū qui oderūt nos. **A**d faciēdā misericor
diā cū patribus nostris: et memorari testamēti sui
sancti. **I**usiurādū quod iurauit ad abrahā patrē
nostrū: daturū se nobis. **O**t sine timore de manu
inimicorū nostrorū liberati: serviam⁹ illi. **I**n san
ctitate et iusticia corā ipso: omnibus dieb⁹ nostris
Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis
enīz ante faciē domini parare vias eius. **A**d dan
dā sciētiā salutis plebi eius: in remissionē peccato
rū eorū. **P**er viscera misericordie dei nostri: in q-
bus visitauit nos oriens ex alto. **I**lluminare his
qui in tenebris et in umbra mortis sedent: ad diri
gēdos pedes nostros in viā pacis. **Requīē.** **Aia:**



Ho suz resurrectio et vita

qui credit in me et iam si mortuus

Id laudes



Et interim donec iste antiphone cantantur cum suis psalmis sacerdos dicit has orationes.

O Remus fratres charissimi pro spiritu fratris nři quē dñs d laqo huius seculi liberare dignatus est: cui⁹ corpusculū hodie sepulture tradit: vt cū pietas dñi in sinu abrahe ysaac & iacob collocare dignet: vt cū iudicij dies aduenierit iter sanctos & electos suos cū in parte dextera collocādū resuscitari faciat. Per xp̄m dñm nřz. Amen. **Ofo.**

Deus cui oia viuūt & cui non pereunt moriendo fidelium corpora sed mutatur in melius: te supplices deprecamur: vt quicquid anima famuli tui. **A.** vitorū tueq; voluntati cōtrariuz fallente diabolo seu propria iniuitate vel fragilitate contraxit: tu pi⁹ ac misericors ablucas indulgedo: eāq; suscipi iubeas per manus sanctoruz angeloz tuo

Dro frib⁹ defunctis. **Fo.** ccclix.

rum deducenda in sinu^z patriarcharū t ppheta
rū tuorū abrahe scilicet amici tui:ysaac electi tui
t iacob dilecti tui quo ausugit dolor atq^z tristitia
t suspiriū: si deliū quoq^z anime felici iocūditate le-
tantur: t in nouissimo iudicū magni die inter san-
ctos t electos tuos eu^z facias perpetue glie perci-
pere portionē quam oculus nō vidit nec auris au-
divit t in cor hominis non ascēdit quam prepara-
sti diligētibus te. Per xp^z dñm n̄m. Amen. **Ofo.**

Temeritatis quidē est dñe vt homo hominē:
Cinīs cinerē:mortalis mortale tibi dño deo
n̄o audeat p̄medare. Sed quia terra suscipit ter-
rā t puluis cōvertitur in puluerē donec omnis ca-
ro in suā redigat originē:inde tuā p̄fissime pater
lachrymabiliter quesum⁹ pietatē vt huius famuli
tui. **A**animā quā de huius seculi cenuenta vora-
gine ducis ad patriā:abrahe amici tui sinu recipi-
as: t refrigerij rore p̄fundas:sit ab estuātis gehen-
ne truci incēdio segregata: t beate requiei tue te
donante cōiuncta:t sī que sunt illi domine digne
cruciatibus culpe:tue ei gratia mitissime lenitat^z
indulge:nec peccati recipiat vicē qui tuā in votis
tenuit volūtate. Lūq^z finito mundi termino sup-
nū cūcti illuxerit regnū:nou⁹ homo sanctorū om-
niū cetib⁹ aggregat⁹ cū electis tuis resurgat i pte-
dextera coronādus. Per xp^z dñz n̄m. Amē. **Ofo.**

Ad laudes

Opus est misericordie dñe sancte pater omni potēs eterne de⁹ rogare pro alijs: ⁊ qui pro nfis supplicare pctis nequaç sufficim⁹: suscipe ro gamus animā famulū tui. **R.** reuertentē ad te. Ad sit ei ā gelus testamēti tui michael: ⁊ per man⁹ san ctorū angelorū tuorū inter sanctos ⁊ electos tuos in sinibus abrahe ysaac ⁊ iacob patriarcharū tuo rū eā collocare digneris. Libera eam dñe de prin cipibus tenebrarum ⁊ de locis penaꝝ: ne famul⁹ tuus yllis iā primeue nativitatis vel ignoratice cō fundatur errorib⁹. Agnoscatur a tuis ⁊ misericor dia bonitatis tue ad locū refrigeri ⁊ q̄etis in sū abrahe trāsferatur. Per xp̄m dñm nostrū. **Oratio**

Debitum humani corporis sepeliēdi officiūz fidelium more cōplentes deū cui oia viuunt fideliter deprecemur: vt hoc corpus fratris nostri **R.** a nobis in ifirmitate sepultū in ordine sancto rū suorum resuscitet ⁊ eius spiritū sanctis ac fidelib⁹ aggregari iubeat: cū quibus inenarrabil glo riar⁹ perenni felicitate perfrui mereatur. Per chri stum dominum nostrum. Amen. **Oratio**

Omnipotens sempiterne deus qui humano corpori animam inspirare dignatus es: du⁹ te iubēte pulvis redit in puluerē: tu imaginez tu am cū sanctis ⁊ electis tuis eternis sedib⁹ iubeas associari. Per christū. **R.** Amen. His peractis: sa cerdos postq̄ sepulc⁹ fuerit: aqua benedicta asp-

© Del documento, los autores. Digitalización realizada por ULPGC Biblioteca Universitaria 2020.

Pro fratribus defunctis. **F**o. cclxij
gat cumulū: postea dicat alta voce. **O**rare omnes
Et omnes sub silētio dicāt. **P**ater noster. **A**. Et ne.
Sed libera. **M**ō intres in iudiciū cuz seruo
tuo dñe. **R**. Quia nō iustificabit in cōspectu tuo
omnis viuēs. **A** porta. **R** Erue. **D**ñe exaudi
orationē meā. **R**. Et clamor. **D**ominus vobis-
cū. **R**. Et cū spiritu tuo. **O**ratio.

Sacramentum tibi q̄sumus dñe deus noster pro
anima famili tui. **A**fratris nostri beatissime
vī genitricis semperq; viginis marie et sanctissimi
cōfessoris tui patris nostri. **R** omniumq; sancto-
rum tuorum oratio: et presentis familie tue humi-
lis et deuota supplicatio: ut peccatorum omnium
veniā qz pcamur obtineat: nec eū patiaris crucia-
ri gehēnali bus flāmis: quē filij cui dñi nři iesu chri-
sti precioso sanguine redemisti. Qui tecū et cū spi-
ritu sc̄to viuit et regnat deus. p oia secula sclorum.
R. Amē. **D**ñe vobiscū. **R**. Et cū. **O**stea sacer-
dos dicat. Anima eius et anime omnī fidelī de-
functorū p misericordiā dei requiescat in pace. **R**.
Amē. **E**t statim cantor incipiat. **R**. Abamento mei
D. De profundis. **R**. Requie eternā. **Q**uere supra
so. ccxxxij. Ikyrieleyso. **E**t sic cātādo renertū ad
ecclesāt ordinate stet in choro. **S**inito **H**eis sacer-
dos dicat ut supra. **P**ater noster. **R**. Et ne nos. **R**
Sed libera. **A** porta. **R** Erue dñe. **R**. Requies-
cat in pace. **R**. Amen. **R**. Dñe exaudi. **R**. Et cla-

Ad laudes

mor mens. **R.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Gloria tui. **R.** ut defunctus seculo tibi vivat: et peccata que per fragilitatem mundane conuersationis commisisti: tu veniam misericordissime pietatis absterge. Per christum dominum nostrum. **R.** Amen. **R.** Requiescat in pace. **R.** Amen.

Con laudibus defunctorum. **Amen.**



Exultabunt. Seculorum.

Psalmus. Misericordia mei deus. **A**ntiphona.



Exultabunt domino os sa



humiliata. **A**n. Exaudi domine.

Seculorum.

Edecet hymnus deus in syon: et tibi red de-
tur votus in hierusalem. **A**xaudi orationes
 meam ad te omnis caro veniet. **A**erba iniquo-
 rum preualuerunt super nos: et impietatibus no-
 stris tu propiciaberis. **B**eatus quem elegistis et as-
 sumpsisti: habitabit in atrio tuis. **R**eplebi mur in
 bonis domus tue: sanctum est templum tuum mi-
 rabile in equitate. **A**xaudi nos dominus salutaris no-
 ster: spes omnium finium terre et in mari luge. **D**re-
 parans montes in virtute tua accinctus potetia:
 qui conturbas profundum maris sonum fluctum eius
Turbabuntur getes et timebunt qui habitant ter-
 minos a signis tuis: exitus matutini et vespere de-
 lectabis. **A**visitasti terram et inebriasti eas: multi-
 plicasti locupletare eas. **R**lumen dei repletus est
 aquis: parasti cibum illorum: quoniam ita est pre-
 paratio eius. **B**iuos eius inebrias multiplica ge-
 nimina eius: i stillicidiis eius letabitur germinas
Benedices corone anni benignitatis tue: et capi-
 tui replebitur ybertate. **P**inguescet speciosa de-
 serti: et exultatione colles accigetur. **I**nduti sunt

Psalmus.

© Del documento. Los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

Ad laudes
arietes ouiam: et valles abundabunt frumento: cla-
mabunt et em hymnu dicent. **R**eQuié eternā. **A**ña.



Xaudi domine orationem

mea in ad te omnis caro veniet.

Aña. **A**de susce pit. Seculorum.

Psalmus. **D**eus deus meus.

Antiphona.



E susce pit dextera tua do

Defunctorū. Fo. ecclv



mine. **A**lii. A porta in se ri. Seculorum.

Lanticum ezechielis prophete.

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadā ad portas inferi. Quesi qui residuum annorum meorum: dixi nō videbo dominū deū in terravientium. Nō aspiciā hominē ultra: et habitatores quietis. Generatio mea ablata ē et cōuoluta est a me: quia si tabernacula pastorū. Precisa est velut a texente vita mea dū adhuc ordiner succidit me: de manne usq; ad vesperam finies me. Sperabam usq; ad mane: quasi leo sic contrinxit omnia ossa mea. De mane usq; ad vesperā finies me: sicut pullus byrūdinis sic clamabo: meditabor ut coliba. At tenuati sunt oculi mei: suspiciētes in excelsō. Domine vim patior respōde p me: quid dicā aut qd respōdebit mihi cū ipse fecerit. Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee. Dñe sis sic vivitur et in talibus vita spiritū mei corripies me et viuiscabis me: ecce ī pace amaritudo mea amarissima. Tu autē eruisti animā meam ut nō periret: proiecisti post tergū tuū omnia peccata mea. Quia nō infernū confitebit tibi: neq; mors

LL

Ad laudes defunctorum.

laudabist te: non expectabunt qui descendunt in la
cū veritatē tuā. **D**ives vivēs ipse cōfitebitur tibi
scut et ego hodie: pater filiū nostra faciet veritatem
tuā. **D**ñe saluū me fac: et psalmos nřos cātabim⁹
cūctis diebus vite nře in domo dñi. **Requie.** **Aia.**

Hipota in feri e rue do
mine a nimam eius. **Aia.** **O**mnis
Reque
vtſſol.
cclix.
ad bñs
aſia.
Spíritus. **ps.** **L**aude domi.
Reque
reys ſu
prafol.
cclx.
Ego ſum. **ps.** **B**enedictus do.

Ad vesperas defunctorū.

Fo. cclvij

Sad ves
peras
ofucto
rū. añ.



Placebo domino. Seculorum. ps.

Dixeri: quoniam exaudiens dominus vocē ora
tionis mee. **Q**uiā inclinavit aures suam mi
hi: et in diebus meis iuocabo. **A**rcū dederūt me
dolores mortis: et pericula inferni inuenient me
Gribulationem et dolorem inueni: et nomen do
mini inuocauī. **O** domine libera animam meaz:
misericors dominus et iustus: et deus noster mis
eret. **A**ustodiens parvulos dominus: humiliatus
sum et liberauit me. **O**uertere anima mea in re
quiem tuam: quia dominus benefecit tibi. **Q**uiā
eripuit animaz meaz de morte: oculos meos a la
chrymis: pedes meos a lapsu. **P**lacebo domino
in regione vinorum. **R**equiet eternam dona eis
domine: et lux perpetua luceat eis. **A**ntiphona.

P



Placebo domino in regio

LL ij

Zo vespas.



Seculorum.
Ad dominum cum tribularer.

Psalmus.
Antiphona

Deu mihi quia incolatus
meus pro longatus est. **A**ña. **D**o
minus custodit te. Seculorum.

Defunctorum. Fo. cclvij
Psalms. Lcuaui oculos meos. Antiphona.

D

Ominus custodit te ab om

ni malo custodiat anima tuam domi

nus. **Añ.** Si iniquitates. Seculorum.

Psalms. De profundis clamaui. Antiphona.

S

Si iniquitates obseruaueris
LL üj

Alo vespertas

domine domine quis sustinebit. **A**lia.


Opera. Seculorum.

Psalma.

Quoniam sis te horti bō dñe i toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei. **I**n cōspectu angelorū psallā tibi: adorabo ad tēplū sanctū tuū z cōfitebor nominis tuo. **S**up misericordia tua z vereitate tua: qm̄ magnificasti sup omne nomen sanctū tuū. **I**n quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in aia mea vtutē. **C**ōfiteantur tibi dñe omnes reges terre: qz audierunt oia verba oris tui. **E**t cātent in vijs dñi: quoniaz magna ē gloria dñi. **Q**uoniaz excelsus dñs z humilia respicit: z alta alonge cognoscit. **S**i ambulauero in medio tribulationis viviscabis me: z sup iraz ini- micorum meorum extendisti manum tuam: z selvū me fecit dextera tua. **D**ominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculuz: opera mo- nuum tuarum ne despicias. **R**equisem. **B**ha.

Defunctorū.

Fo. ccclviiij



Pera manuum tu arum



do mi ne ne despí ci as.

Audiui vocem de celo discentem mihi. **B**ea
et mortui q̄ in dño moriunt. **A**d magnificat aña.



Om ne quod dat. Seculorum. ps.

Agnificat anima mea dominum. **E**t exulta
uit spiritus meus: i deo salvatori meo. **Q**uia
resperxit humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc bea-
tā me dicēt omnes generationes. **Q**uia fecit mi-
hi magna qui potens est: et sanctū nomē eius. **E**t
misericordia eius a progenie in progenies: si mē-
tib⁹ eū. **F**ecit potētiā in brachio suo: dispersit su-
p̄bos mēte cordissui. **D**epositū potētes de sede:
et exaltauit hūiles. **O**suriētes i plevit boni: et diui-

Letanie

tes dimisit inanes. **S**uscipit israel puerum suum:
recordatus misericordie sue. **S**icut locutus est ad
patres nostros: abraham et semini eius in secula.
Requiem eternam.

Antiphona.

O **E**n**d** ne quod dat mihi

pa ter ad me ve ni et et eum

qui venit ad me non e i ciam foras.

CLetania ad deserēdū defunctos in ecclesiam.

Ω Se rere iesu christe cle me n

Defunctoriū **Fo.** cclix.

ter huius pi e q̄su mus reueren

ter. **X.** Sācta mari a mater chri

sti rogam⁹ vt te promptam ad pre

cem senti a mus supplicamus vt

velis i stum habere. **p.** Adisere re.

Ad sepeliēdū

Cordo ad sepeliēdū defunctū secularez. **P**rimo
egrediēs a sacrario sacerdos stat iuxta feretru ad
caput defuncti. Et sic stās dicit sine nota. **B** Sub
venite sancti dei: occurrite angeli domini suscipie-
tes animaz eius. **p.** Offerentes eam in conspectu
altissimi. **S**uscipiat te christus qui creavit te: et
in sinu abrahe angeli deducant te. **p.** Offerentes.
R. Requie eternā dona eis dñe: et lux perpetua lu-
ceat eis. **p.** Offerentes. **K**yriel. **X**pel. **K**yriel. **S**i-
nito **T**u in choros sacerdos dicat alta voce. Pa-
cer nf. **V**. Et ne. **B**. Sed li. **R**ēs vobiscū. **B**. Et
cū. **O**to **T**ibi dñe cōmēdamus. require so. cclxiij
Tūc deseratur feretru cū corpore ad locum sepul-
ture et sacerdos in via dicat has oīas. **I**n para-
disum deducat te angeli: in tuo aduētu suscipiat
te martyres et perducat te in ciuitatem sanctā hie-
rusalem. **A**ha. **C**horus angelorum te suscipiat et
cum lazaro quōdā paupe eternā habeas requiez.
Posito iuxta sepulturā feretro priuilegi extrahatur
corpus a feretro sacerdos dicat hanc orationē ita
q̄ a circstantibus audiatur. **V**. **D**ominus vobis
cum. **B**. Et cum spiritu tuo.

Oratio

Deus qui fundasti terrāz: formasti celos: q̄ lo-
ca syderibus stabilita fixisti: q̄ captiuū laço
mortis hominē lauaci ablutione reparasti: q̄ se-
pulcros abrahā ysaac et iacob in spelūca duplīci in-

Defunctū secularē. Fo. ccxx.

libro vite atq; totius glie prīncipes annotasti be
nedicendos: ita bene **+** dicere digneris hunc tu-
mulū famulitui **vel** famule tue vt hiceū **vel** eā re
quiescere facias et in sinu abrahe ysaac et iacob col-
locare digneris: qui dñm nostrū iesum christū cō-
tritis laqueis infernorū credētiū resurgere se suo
rūq; mēbra resuscitare iussisti: respice domine su-
per hanc fabricam sepulture: descedat ad eam do-
mine spiritus tuus sanctus: vt te iubēte sit in hoc
loco famulo tuo vel famule tue quieta dormitio: et
tempore iudicij tui cum sanctis omnibus vera re-
suscitatio. Prestante domino nostro iesu christo q
tecum et cū eodem spiritu sancto vivit et regnat in
secula seculorū. Amē, Deinde aspergat aqua be-
nedicta sepulturam corpus quod est in feretro.
Quo facto ponatur corpus i sepulta. Et pūsc
cooperiatur terra sacerdos accipiēs paululū ter-
re in pala faciat signū crucis cum illa supra corp
et mittat terram. Deinde cooperiatur corpus terra.
Et finitis his qui in choro dicūtur: sacerdos alta
voce dicat. **Orate omnes.** **¶** Et ne nos iducas in
tētationē. **B.** Sed libera nos a malo. **¶** Non in-
tres in iudicium cū seruo tuo vel acilla tua domi-
ne. **B.** Quia nō iustificabitur i cōspectu. **¶** A por-
ta inferi. **B.** Erue dñe. **¶** Dñe exaudi. **B.** Et cla-
mor meus. **¶** Dñs vobis. **B.** Et cū spū. **¶** Rālio.

Feria secunda

Satis faciat tibi quesumus dñe deus noster pro anima famuli tui vel famile tue beatissime dei genitricis semper virginis marie et sanctissimi confessoris tui patris nostri Francisci omniumque sanctorum tuorum oratio: et presentis familie humilis et vota supplicatio: ut peccatorum omnium veniam quae percamur obtineat: nec eum vel eaem patiaris cruciari gehenalib[us] flamnis: quem vel quam filium tui domini nostri iesu christi precioso sanguine redemisti. Qui tecum et cum spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. **R.** Amén. **A.** Anima eius et anime omnium fidelium defunctorum: per misericordiam dei requiescat in pace. **R.** Amén. **Q**uos acto renertatur ad sacrarium sacerdos cum ministris. **C**feria secunda ad processionem defunctorum. **R.** **I.** Credo quod redemptor meus. **T**c. **S**o. **C**cxvi. Pater noster. **A.** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos a malo. **A.** A porta inseri. **R.** Erue domine. **A.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**ratio.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta quesumus: ut eos quoque perpetuo aggregentur consortio. Per christum dominum nostrum. **R.** Amen. **R.** **iij.** Qui laza. **T**c. **S**o. **C**cxviiij. Pater noster. **A.** Et ne nos inducas. **R.** Sed libera nos a malo. **R.** Dñs vobiscum. **R.** Et cù. **O**fo.

Uo pcessione defunctorū. Fo. cclxxij

Deus venie largitor et humane salutis amator quesumus clemētiā tuā: ut nostre cōgregationis fratres propinquos et benefactores q̄ ex hoc seculo trāsserūt: beata maria semper v̄gine in tercedēte cū omnibus sanctis tuis ad ppetue beatitudini s̄ cōsortiū puenire cōcedas. Per xp̄m.

Reservetur dicta oratio ad locū sepulturarū; fra
trū. **B.** ill. **D**omine quando veneris. **zc.** **fo.** **ccxxix.**

Pater noster. **A.** Et ne nos īdu. **B.** Sed libera.
A. Dñs vobiscū. **B.** Et cū spiritu tuo. **O**ratio.

Dens cuīs miseratione anime fidelium reges
cūr: famulis et famulabus tuis omnibus hic
et vbiq̄ in christo quiescentibus da propitiūs ve-
niā peccatorū: ut a cūctis reatibus absoluti tecūz
sine fine letētur. Per xp̄m. **B.** ill. Abamento mei
zc. **fo.** **ccxxxiiij.** **P**ater noster. **A.** Et ne nos īducas
intentionē. **B.** Sed libera nos a malo. **A.** Do-
minus vobiscū. **B.** Et cū spiritu tuo. **O**ratio.

Omnipotēs sempiterne deus cui nunq̄ sine
spe misericordie supplicatur: propitiare ani-
mabus famulorū famularūq̄stuarū: ut qui de hac
vita in tui nominis cōfessione decesserūt sanctoz
tuoꝝ numero facias agggregari. Per xp̄m. **B.** v.
Iheu mihi dñe. **zc.** **fo.** **ccxxxiiij.** **A.** Pater nř. **A.** Et
ne nos īducas in tētationez. **B.** Sed libera nos
a malo. **A.** Dñs vobiscū. **B.** Et cū spū tuo. **O**ratio

Orationes

Deus qui nos patrē t̄ matrē honorare precepisti: miserere clemēter animabus parentū nostrorū eorumq; peccata dimitte: nosq; eos i eterne claritatis gaudio fac videre. Per xp̄m. **R. vi.** Me recorderis. **tc. fo. ccxxxvi.** Pater nř. **R.** Et ne nos. **R.** Sed libe. **R.** Dñs vo. **R.** Et cum. **Oratio**

Fidelium de^o omniū cōditor t redemptor ani-
mabus famulorū famularū optuarū remissio
nē cūctorū tribue peccatorū: vt indulgentiā quā
semper optauerunt: p̄ h̄s supplicationib⁹ cōsequā-
tur. Quivivis t regnas cum deo patre in vnitate
spiritus sancti dñs: per omnia secula seculorū. **R.**
Amen. **R.** Requiē eternā dona eis domine. **R.** Et
lux perpetua luceat eis. **R.** Anime eorum t omniū
fidelium defunctorū per misericordiam dei req-
escant in pace. **R.** Amen. **I**n cipiūt orationes
defunctorum. Et primo pro uno defuncto. **Ofo.**

Inclina dñe aurem tuā ad preces nostras q-
bus misericordiam tuam supplices depreca-
mur: vt animā famuli tui quā d̄ hoc seculo migra-
re iussisti in pacis ac lucis regione cōstituas: t san-
ctorū tuorū iubeas esse cōsortē. Per. **Alia oratio.**

Absolue quesumus dñe animaz famuli tui ab
omni vinculo delictorū: vt in resurrectiōis
glia inter sanctos t electos tuos resuscitat⁹ respi-
ret. Per. **tc.** In die oppositionis defūcti. **Alia ofo.**

Defunctionum. Fo. cclxij.

Deus cui propriū est misereri semper et parce
re: te supplices exoramus pro anima famuli
tui vel famule tue. **A**nquam hodie de hoc seculo mi-
grare iussisti: ut non tradas eam in manib⁹ inimi-
ci: neq⁹ obliuiscaris in finez: sed iubeas eam a san-
ctis angelis suscipi: et ad patriam paradisi perducere:
et quia in te spauit et credidit non penas eternas
sustineat: sed gaudia sempiterna possideat. Per
christum dominum. **tc.** **Pro una defuncta. Oratio**

Quesumus domine pro tua pietate miserere a-
nimae famule tue: et a contagio mortalitatis
erutam in eterne salvationis parte restituere. Per
christum dominum nostrum. Amen. **Alia oratio.**

Ifluens a quatuor dominum anime famule tue
lucis eterne consortium: cuius perpetue misericordia
cordie consecuta est sacramentum. Per christum do-
minum nostrum. **Pro pluribus defunctis. Ofo.**

Propitiare quesumus domine animabus fa-
mularum tuarum misericordia sem-
piterna: ut mortalitat⁹ nerib⁹ expeditas: lux eas
eterna possideat. Per christum dominum. **Alia oratio.**

Deus cui proprie est misereri semper et parcere:
propitiare animabus famulorum famularum
tuarum et omnia eorum peccata dimitte: ut mortalita-
t⁹ vicul absolute transire mereantur ad vitam. Per.
In anniversario fratrum: scolorum nostri ordinis. Oratio.

Septē psalmi

Deus indulgetiarū dñe:da animabus fratru
rōz sororū nostrop: quarū anniversariū dposi
tionis diē cōmemoramus: refrigeris sedež: quietis
beatitudinež: t̄ luminis claritatez. Per christum.
Iniciūt septē psalmi penitētiales. **A**lia. Re re
miniscaris domine.

Psalmus.



Omne ne in furore tuo argu
as me: neq; in ira tua corripi
as me. **M**iserere mei dñe qm̄
infirmit̄ sum: sana me dñe qm̄
conturbata sunt ossa mea. **E**t
anima mea turbata ē valde: s;
tu dñe vscquo. **C**onuertere
dñe t̄ eripe aiaž meā: saluū me fac, ppter misericor
diā tuā. **Q**m̄ non est in morte qui memor sit tui:
In inferno aut̄ quis cōfitebitur tibi. **L**aboravi in
gemitu meo: lauabo p singulas noctes lectuz me
um: lachrymis meis stratum meū rigabo. **T**urbat̄
est a furore oculus meus: inueterauī inter omnes
inimicos meos. **D**iscedite a me omnes qui ope
ramini iniquitatem: quoniā exaudiuit dñs vocež
fletus mei. **E**xaudiuit dñs deprecationē meā: do
minus orationē meā suscepit. **A**rubescat̄ contur
bētur vehemēter omnes inimici mei: cōuertātur &
Berubescat̄ valde velociter. **G**loria. **P**salms.

penitentiales. **F. cclxxij.**

tecta sunt peccata. **B**eatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dol>.

Quoniam tacui in vetera uerut ossa mea: duz clamare tota die. **Q**uoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus suz in eruna mea dum configitur spina. **D**elictum meum cognitus tibi scripsi: et iniusticiam meam non abscondi. **O**ixi confitebor ad uersuz me iniusticiam meam domino: tu remisisti in pietate peccati mei. **P**ro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore oportuno. **T**erutam in diluvio aquarum multas: ad eum non approximabis. **G**u es refugium meum a tribulatione quae circumdidit me: exultatio mea erue me a circumdatibus me. **I**ntellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super oculos meos. **N**olite fieri sicut equi et mulus: quibus non est intellectus. **I**n chamo et freno maxillas eorum costringe: quod non approximat ad te. **M**ulta flagella peccatoris: sperantes autem in domino misericordia circumdabit. **L**etamini in domino et exultate iusti: et gloriamini oes recti corde. **G**loria prius.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque ira tua corripias me. **Q**uoniam sagitte tue infire sunt mihi: et confirmasti super me manus tuas. **D**omine est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax osibus meis a facie peccatorum meorum. **Q**uoniam iniuriae mee supergressae sunt caput meum: et sicut onus

DDAB

Septē psalmi

grave gravatae sunt sup me. **P**utruerunt t corru-
pte sunt cicatrices mee: a facie insipietle mee. **M**i-
ser factus sum t curvatus sum usq; in finem: tota
die cōtristatus ingrediebar. **Q**uoniam lumbi mei
impleti sunt illusionib;: t non est sanctas in car-
ne mea. **A**fflictus suz t humiliatus suz nimis: ru-
giebā a gemitu cordis mei. **D**omine ante te om-
ne desideriū meum: t gemitus meus a te non est
absconditus. **O**r meum conturbatum est dere-
liquit me virtus mea: t lumen oculorum meorū t
ipsum non est mecum. **H**mici mei t primi mei:
aduersum me appropinquauerunt t steterūt. **E**t
qui iuxta me erant de longe steterunt: t vim facie-
bant qui querebant animā meā. **E**t qui inquire-
bant mala mihi locuti sunt vanitates: t dolos to-
ta die meditabantur. **E**go autē tanq; surdus nō
audiebā: t sicut mutus non aperiens os suuz. **E**t
factus suz sicut homo non audiens t nō habens
in ore suo redargutiones. **Q**uoniam in te domi-
ne speravi: tu exaudies me dñe deus meus **Q**ui
dixi ne quando supergaudeant mihi inimici mei:
t duz cōmonentur pedes mei super me magna lo-
cuti sunt. **Q**uoniam ego in flagella paratus sum: t
dolor meus in conspectu meo semp. **Q**ui inicta-
tem meaz annūciabo: t cogitabo p peccato meo.
Inimici autē mei viuisit t confirmati sunt sup me:

penitentiales. Fo. ccxxxvij.

tmultipli cati sunt qui oderunt me inique. **Q**ui re tribuit mala pro bonis detrahebat mihi: quoniam sequebar bonitatem. **N**e dereliquas me domine deus meus: ne discesseris a me. **I**ntende in adiutorium meum; dñe deus salutis mee. **Gloria.** **ps.**

Placerere mei deus: secunduz magnaz misericordia tuā. **A** Et secundū multitudinem miserationū tuarū: dele iniquitatē meā. **A**mplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo mūda me. **Q**uoniam iniquitatē meā ego cognosco: et peccatū meū cōtra me est semper. **T**ibi soli peccauī et malū coraz te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cū indicaris. **E**cce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis cōcepit me ma ter mea. **E**cce enī veritatē dilexisti incerta et occulta sapiētie tue manifestasti mihi. **A**spges me domine ysopo et mundabor: lauabis me et sup ni uem dealbabor. **H**uditui meo dabis gaudiū et leticiā: et exultabunt ossa humiliata. **H**uerte faciem tuaz a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. **O**z mūdū crea in me deus: et spiritū rectuz innoua in visceribus meis. **N**e pūcias me a facie tua: et spiritum sanctum tuuz ne auferas a me. **R**edde mihi leticiā salutaris tui: et spiritu principe firmā me. **D**ocebo iniquos vias tuas: et in pīj ad te cōvertentur. **L**ibera me de sanguinib⁹

AB AB ij

© Del documento. Los autores. Digitalización realizada por ULPGC. Biblioteca Universitaria 2022.

Septē psalmi

deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiā tuā. **O**mīne labia mea aperies: et os meū annūciabit laudē tuā. **Q**uoniam si voluisses sacrificiuū dediſsem: utique holocaustis nō delectaberis. **Sacrificium** deo spiritus cōtribulatus: cor cōtrituū et humiliatuū deus non despicies. **B**enigne fac domine in bona voluntate tua syō: ut edificetur mūri hierusalē. **T**unc acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. **Gloria.**

psalmus.

Domine exaudi orationē meā: et clamor me⁹ ad te veniat. **N**ō auertas faciē tuā a me: in quacūq; die tribulor inclina ad me aurē tuā. **I**n quacūq; die inuocauero te: velociter exaudi me. **Q**uia defecerūt sicut sumus dies mei: et ossa mea sicut cremum aruerūt. **P**ercussus sum ut fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panē meum. **A** voce gemitus mei: adhesit os meū carnī mee. **S**imilis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio. **D**igilavi et fact⁹ sum sicut passer solitarius in tecto. **T**ota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabāt me aduersum me iurabāt. **Q**uia cinerē tanq; panē māducabā: et poculū meū cum fletu miscebā. **A** facie ire indignationis tue: quia eleuās alliſti me. **D**ies mei sicut umbra declinauerūt: et ego

penitétiales.

Fo. ccxxv.

sicut fenum arni. **G**u autē dñe in eternum permata
nes et memoriale tuū in generatione et generatio-
nē. **G**uerurgēs misereberis syō; quia tēpus mise-
rēdi eius quia venit tēpus. **Q**uoniam placuerūt
seruis tuis lapides ei⁹: et terre eius miserebuntur
Aet timebunt gētes nomē tuum dñe: et omnes re-
ges terre gloriā tuaꝝ. **Q**uedificauit domin⁹ syon
et videbitur in gloria sua. **R**esperit in orationeꝝ
humilium: et nō spreuit preces eorum. **S**cribātur
hec in generatione altera: et popul⁹ qui creabitur
laudabit dñz. **Q**uia p̄spexit de excelso lācto suo:
dñs de celo in terrā asperit. **T**audiret gemitus
cōpeditoruꝝ: ut solueret filios interēptorum. **A**t
annūciet in syō nomē dñi: et laudē eius in hierlm.
In cōueniēdo populos in vnuꝝ: et reges ut serui-
ant dño. **R**espōdit ei in via virtutis sue: paucita-
tē dierū meorū nūcia mīhi. **N**ereuoces me in di-
midio dierū meoꝝ: in generationeꝝ generationē
anni tui. **I**n iūtu dñe terra fundasti: et opa ma-
nuuꝝ tuarum sunt celi. **I**psi pibunt tu autē pma-
nes: et omnes sicut vestimētuꝝ veterascent. **A**et si-
cuit optorium mutabis eos et mutabunt̄: tu autem
idē ipse es: et anni tui nō deficiēt. **R**ilij seruorū tu-
orū habitabūt: et semē eorū i sc̄l̄ dirigēt. **C**lia. **P**
De pfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vo-
cē meā. **R**iāt auressue intēdētes: in vocem
Dñs uobis iii

Septē psalmi

deprecationis mee. **S**i iniqūitates obseruaueris
domine: domine quis sustinebit. **Q**via apō te p-
pitiatio est: et propter legez tuam sustinuit te domi-
ne. **S**ustinuit anima mea in verbo eius: sperauit
anima mea i domino. **A**c custodia matutina usq;
ad noctem: spet israel in domino. **Q**via apud do-
minum misericordia: et copiosa apud eum redem-
ptio. **E**t ipse redimet israel: ex omnibus iniquita-
tibus eius. **G**loria patri.

Psalms.

Domine exaudi orationem meam aurib⁹ per
cipe obsecrationē meaz: in veritate tua exau-
di me in tua iusticia. **E**t non intres in iudiciū cū
seruo tuo: quia nō iustificabitur in conspectu tuo
omnis viuēs. **Q**via persecutus est inimicus ani-
ma meā: humiliauit in terra vitā meaz. **O** colloca-
vit me in obscuris sicut mortuos seculi: et affixatus
est super me spiritus meus: in me turbatus est cor
meū. **M**emor fui dierū antiquorū meditat⁹ sum in
omnibus operibus tuis: et in factis manuū tuarū
meditabar. **E**xpandi manus meas ad te: anima
mea sicut terra sine aq; tibi. **V**elociter exaudi me
domine: defecit spiritus meus. **N**on auertas fac
en tuā a me: et similis ero descendantibus in lacū
Hunc sc̄ ac mihi mane misericordiā tuā: quia in
te sperauī. **N**otam sc̄ ac mihi viā in qua ambulez:
quia ad te lenauī animā meā. **E**ripe me de inimi-

penitentiales. **Fo.** cclxxvij.

eis meis domine ad te confugi: doce me facere vo
luntatem tuam quia deus meus es tu. **S**piritus tuus
bonus ducet me in terram rectam: propter nomen tu
um domine vivificabis me in equitate tua. **A**du
ces de tribulatione animam meam: et in misericordia
tua disperdes omnes inimicos meos. **A**t perdes
omnes qui tribulat animam meam: quoniam ego servus tu
us sum. **Gloria patri et filio. Alleluia.** **M**ereminiſca
ris domine delicta nostra vel parentum nostrorum:
neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Cantus.

Ryneleyson. **A**chisteleyson. **A**chiste audi
nos. **A**chiste exaudi nos.

Pater de celis deus.

Miserere nobis.

Fili redemptor mundi deus.

Miserere nobis.

Spiritus sancte deus.

Miserere nobis.

Sancta trinitas unus deus.

Miserere nobis.

Sancta maria.

Ora pro nobis.

Sancta dei genitrix.

Ora pro nobis.

Sancta virgo virginum.

Ora pro nobis.

Sancte michael.

Ora pro nobis.

Sancte gabriel.

Ora pro nobis.

Sancte raphael.

Ora pro nobis.

Sancti angeli et archangeli dei. orate pro nobis.

Ora pro nobis.

Sancti beatorum spirituum ordines. orate pro no-

Ora pro nobis.

Sancte joannes baptista.

Ora pro nobis.

III

Zetania

Ōes sancti patriarche et prophete.	orate pro nobis.
Sancte Petre.	ora pro nobis.
Sancte Paule.	ora pro nobis.
Sancte Andrea.	ora pro nobis.
Sancte Iacobae.	ora pro nobis.
Sancte Joannes.	ora pro nobis.
Sancte Thoma.	ora pro nobis.
Sancte Iacobae.	ora pro nobis.
Sancte Philippe.	ora pro nobis.
Sancte Bartholomee.	ora pro nobis.
Sancte Abathhee.	ora pro nobis.
Sancte Symon.	ora pro nobis.
Sancte Thadee.	ora pro nobis.
Sancte Abathia.	ora pro nobis.
Sancte Barnaba.	ora pro nobis.
Sancte Luca	ora pro nobis.
Sancte Marce.	ora pro nobis.
Ōes sancti apostoli et euāgeliste.	orate pro nobis.
Ōes sancti discipuli dñi.	orate pro nobis.
Ōes sancti innocētes.	orate pro nobis.
Sancte Stephane.	ora pro nobis.
Sancte Laurenti.	ora pro nobis.
Sancte Vincenti.	ora pro nobis.
Sancte Fabiane.	ora pro nobis.
Sancte Sebastiane.	ora pro nobis.
Sancte blasii.	ora pro nobis.

Letania.

Fo. cclxxvij.
Sancti Joannes et paule. orate pro nobis.
Sancti Cosma et Damiane. orate pro nobis.
Sancti Geruasi et Protasi. orate pro nobis.
Sancte Beralde cum sociis tuis. orate pro nobis
Oes sc̄ti martyres ordinis minorum. orate pro nobis
Omnes sancti martyres. orate pro nobis
Sancte silvester. ora pro nobis.
Sancte Gregorii. ora pro nobis.
Sancte Martine. ora pro nobis.
Sancte Augustine. ora pro nobis.
Sancte Ambrosii. ora pro nobis.
Sancte Hieronyme. ora pro nobis.
Sancte Nicolae. ora pro nobis.
Sancte Ludouice. ora pro nobis.
Sancte Bonaventura. ora pro nobis.
Oes sc̄ti pontifices et confessores. orate pro nobis.
Omnes sancti doctores. orate pro nobis.
Sancte Benedicte. ora pro nobis.
Sancte pater francisce. ora pro nobis.
Sancte Antonii. ora pro nobis.
Sancte dominice. ora pro nobis.
Sancte Bernardine. oꝝ Scte Bernarde. oꝝ.
Omnes sancti monachi et heremite. orate pro nobis.
Oes sc̄ti sacerdotes et leuite. orate pro nobis.
Sancta anna. ora pro nobis.
Sancta maria magdalena. ora pro nobis.

Letania

S ancta Agnes.	ora pro nobis
S ancta Lucia.	ora pro nobis
S ancta Cecilia.	ora pro nobis
S ancta Agatha:	ora pro nobis.
S ancta Katherina.	ora pro nobis.
S ancta Barbara.	ora pro nobis.
S ancta Clara.	ora pro nobis
S ancta elisabeth.	ora pro nobis
O mnes sancte virgines et vidue. orate pro nobis.	
O rces sancti et sancte dei.	Intercedite pro nobis
P ropitius esto.	Parce nobis domine.
P ropitius esto.	Erandi nos domine.
H ab omni malo.	Libera nos domine
H ab omni peccato.	libera nos domine
H ab ira tua.	libera nos domine
H ab subitanea et improvisa morte. libera nos dñe.	
H ab insidüs diaboli.	libera nos dñe.
H ab ira et odio et omni mala voluntate. libera.	
H ab spiritu fornicationis.	libera nos dñe
H ab fulgure et tempestate.	libera nos dñe.
H ab morte perpetua.	libera nos dñe.
D er mysteriū sc̄tē incarnationis tue.	libera.
D er aduentum tuum.	libera nos dñe
D er nativitatem tuam.	libera nos dñe
D er baptismū et sanctū iejuniū tui.	libera.
D er crucē et passionē tuā.	libera nos dñe.

Letania

Per mortē t̄ sepulturā tuā.

Per sanctā resurrectionē tuā.

Per admirabilē ascēsionē tuā.

Per aduētū spirit⁹ sc̄i paracliti.

In die iudicij.

Peccatores.

Ut nobis parcas.

Ut nobis indulgeas.

Ut ad verā penitētiā nos pducere digneris. te.

Ut ecclīā tuā sc̄iā regere t̄ cōseruare digneris. te.

Ut dōnū apostolicū t̄ oēs ecclesiasticos ordines
in sancta religione cōseruare digneris. te.

Ut regibus t̄ principib⁹ christianis pacē t̄ veraz
cōcordiā donare digneris. te rogamus.

Ut nos metipso in tuo sancto seruitio cōfortare
t̄ conseruare digneris. te rogamus.

Ut mētes nřas ad celestia desideria erigas. te.

Ut oib⁹ bñ factorib⁹ nřis sép̄is na bōa retribuas. te.

Ut aias nřas fratrū ppinquirorū t̄ bñ factorū nřo
rū ab eterna dānatione eripias. te rogamus.

Ut fruct⁹ terre dare t̄ cōseruare digneris. te.

Ut omnibus fidelibus defunctis rēquiē eternaz
donare digneris. te rogamus.

Ut nos exaudiere digneris. te. **E**li dei. te.

Agnus di q tollis pctā mūdi. parce nobis dñe

Agnus di q tollis pctā mūdi. Exaudi nos dñe

Fo. cclxxviii

libera nos dñe

libera nos dñe.

libera nos dñe.

libera nos dñe

Letania

Agnus dei q tollis peccata mundi. miserere nobis
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie-
leyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. S.
Et ne nos inducas. Sed libera. Psalmus.

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiu-
tuandum me festina. Quid fundans et reverentur:
qui querunt animam meam. Avertantur retrosum et
erubescant: qui volunt mihi mala. Avertantur statim
erubescentes: quod dicunt mihi euge euge. Exultent et
letentur in te omnes qui querunt te: et dicant semper ma-
gnificetur dominus qui diligenter salutare tuum. Ego ve-
ro egenus et paup sum: dominus adiuua me. Adiutor
meus et liberator meus es tu: domine ne moreris. Glo-
ria patri. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas
B. Deus meus sperates in te. Esto nobis domine
turris fortitudinis. B. A facie inimici. Nihil p-
ficiat inimicus in nobis. B. Et filius iniquitatis
non apponat nocere nobis. Domine non secundum
peccata nostra facias nobis. B. Neque secundum ini-
quitates nostras retribuas nobis. Oremus pro
B. nostro. Dominus conseruet eum et vivificant eum
beatum faciat eum in terra: et non tradat eum in animas
inimicorum eius. Oremus pro benefactoribus
nostris. Retribuere dignare domine omnibus nobis
bona facientibus propter nomine sanctum tuum vita e-
ternam. Oremus pro fidelibus defunctis. Requie-

Orationes. Fo. cclxxix.

eternaz dona eis dñe: t lux perpetua luceat eis. **R.**
Requiescat in pace. **R.** Amé. **P**ro fratribus no-
stris absentibus. **S.** Saluos fac seruos tuos. **R.**
Deus meus sperantes in te. **A**bitte eis domine
auxiliū de sctō. **R.** Et de syō tuere eos. **R.** Dñe ex-
audi orationē meā. **R.** Et clamor me⁹ ad te. **Ofo.**

Deus cui p̄priū est misereri semp ⁊ parcere:
suscipe d̄precationē nostrā: vt nos ⁊ omnes
famulos tuos: quos delicto ⁊ cathena cōstringit:
miseratio tue pietatis clemēter absoluat. **Oratio**

Exaudi quesumus dñe supplicū preces: ⁊ cōsi-
tētiū tibi parce peccatis: vt pariter nobis in-
dulgētiā tribuas benignus ⁊ pacem. **Oratio.**

Illessibilē nobis dñe misericordiā tuā clemē-
ter ostēde: vt simul a peccatis omnibus nos
eruas: ⁊ a penit q̄s p̄ his meremur eripiās. **Ofo.**

Dens qui culpa offendēris: penitentia placa-
ris: preces populi tui supplicātis propitius
respice: ⁊ flagella tue iracūdie: que p̄ peccati no-
stris meremur auerte. **Oratio**

Omnipotēs sempiterne deus miserere famu-
lo tuo. **R.** nostro: ⁊ dirige eum secunduz cle-
mētia z tuam in viam salutis eterne: vt te donan-
te tibi placita cupiat: ⁊ tota virtute pficiat. **Ofo.**

Deus a quo sancta desideria recta cōsilia ⁊ iu-
sta sunt opa: da seruis tuis illā quāz mund⁹

Orationes.

dare non potest pacē: ut et corda nřa mādatis tu-
is b̄dita: et hostium sublata formidine: tēpora s̄nt
tua protectione tranquilla.

Oratio.

ARe igne sc̄i spiritus renes nostros et cor no-
strum domine: ut tibi casto corpe seruiamus
et mundo corde placeamus.

Oratio.

Redeliuz deus omniū conditor et redemptor
animabus famulorum familiarumq; tuaruz
remissio nē cunctorum tribue peccatoruz: ut idul-
gentiam quam semper optauerunt p̄ys supplica-
tionibus consequantur.

Oratio.

Actiones nostras quesumus domine aspiran-
do preueni et adiuuando prosequere: ut cun-
cta nostra oratio et operatio a te semper incipiat
et per te incepta finiatur.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deo: qui viuorū do-
minaris simul et mortuorum omniumq; mi-
sereris quos tuos fide et opere futuros esse p̄nos-
